

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis

Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1765

CXVI.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

CXVI.

FUNDATIO MONASTERII LUCIDÆ VALLIS AB
IRMENGARDE FACTA HERMANNI V. MARCHIONIS
BADENSIS VIDUA.

A N N O M C C X L V.

Ex annal. Monast. Lucidæ Vallis apud Gamansum Cap. 27.

Anno Dominicæ Incarnationis 1245. *Irmengardis* relicta *Hermani Marchionis de Baden*, soror ducissæ Bavaricæ, secundum Paulum malens sic permanendo beatior fieri, quam alteri nubere, veri Salomonis filia, quod ante diu conceperat, volens effectui mancipare, videlicet Domum in honorem Domini ædificando, primum hunc locum ædificiis cœpit occupare & de Domo Walden Cisterc. Ordinis florente religione, causa devotionis & regularis disciplinæ sanctimoniales quasdam ad hunc locum vocavit, quibusdam aliis in hoc ipso loco (provocante Dei amore & timore) novitatis: & nomen Domini, quantum potuit, studuit exaltari: Anno Domini 1246. *Irmengardis* Marchionissa cum duobus filiis suis *Marchionibus*, scilicet *Hermanno* & *Rudolpho*, Nonna *Trudinda* scœmina religiosa de Walden assumpta, & in primam Abbatissam hujus loci creata, ad Capitulum generale Cisterc. Ordinis pro Incorporatione Domus litteras direxit. Anno 1248. constructa & perfecta orientali parte claustrum primum inhabitari cœpit hæc Domus a religiosiis ac venerabilibus sanctimonialibus. Fuit enim earum habitatio

prius foris in tugurio ligneo & humili. Eodem anno incorporata est hæc Domus ordini Cisterciensi & commendata Abbati novi castri. Eodem anno dedicatum est majus Altare, a Domino Henrico Argentinensi Episcopo dicto. de Staheleke: ipso Die dedicationis Hermannus Marchio de Baden exhumatus de loco, quo jacebat, sepultus est in choro ante Altare.



CXVII.

HERMANNI ET RUDOLPHI FRATRUM, MARCHIONUM BADENSIVM, LITERÆ DONATIONIS FACTÆ MONASTERIO LUCIDÆ VALLIS.

ANNO MCCXLV.

Ex Archivo Badensi.

In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti Amen. HERMANNUS & RUDOLPHUS fratres D. G. *Marchiones de Baden* Spirensis Diœcesis universis, ad quos præfens cedula pervenerit, salutem in Christo Jesu. Quod humanæ voluntates, ex diversis causis plerumque variantur, operæ pretium est, ut ea, quæ ad laudem & honorem omnipotentis Dei deputantur, tam literali cautione quam privilegiorum munimine fulciantur. Noverint igitur tam præsentibus quam futuri, quod